



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

340. Ubi sit Missa celebranda.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

Quòd non ubique sacrificium sit offerendum. *Ex epistola Anacleti Papæ.*

CCCXXXIX. Sacerdotes quando sacrificant, non soli hoc agere debent, sed testes secum adhibeant, ut Deo perfectè in sacra-  
cratis Domino locis sacrificare probentur. Ait namque auctoritas legis divinæ: *Vide ne offeras holocausta tua in omni loco quem videris, sed in loco quem elegit Dominus Deus tuus.*

Vide suprà c. 132. & 191.

Deuter. 12.

Ubi sit Missa celebranda. *Ex Concilio sancti Silvestri.*

CCCXL. Ut nullus Presbyter Missam celebrare præsumat nisi in sacra-  
tis ab Episcopo locis, qui sui particeps de cetero voluerit esse sacerdotij.

Lib. 6. Capitular. c. 198.

*Caput istud habetur in epilogo quem vocant Concilij Romani sub Papa Silvestro celebrati, & inde apud Gratianum Dist. 1. de consecrat. cap. 15. Vide Capitulare Theodulfi Aurelianensis cap. 11. Capitulare Abytonis Episcopi Basileensis cap. 8. & Capitula ejusdem cap. 14. Vide etiam Addit. I. Capitular. cap. 10.*

Ut de decimis quatuor fiant portiones. *Ex synodo Nannetensi.*

CCCXLI. Instruendi sunt Presbyteri pariterque admonendi quatinus noverint decimas & oblationes quas à fidelibus accipiunt, pauperum & hospitem & peregrinorum esse stipendia, & non quasi suis sed quasi commendatis uti, de quibus omnibus sciant se ratio-

Concil. Nannet. c. 10.

Lib. 7. Capitular. c. 290.

Burchard. lib. 3. c. 138.